



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XX. De honore quem presbyteris diaconi, & diaconis hi qui sunt ipsis inferiores, debeant exhibere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

tiones Episcoporum, orationes super catechumenos celebrari; & postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia, precem fieri. His etiam accedentibus ad manum sacerdotis, & discedentibus, tres orationes consummari fidelium: ita vt prima quidem sub silentio, secunda vero & tertia per exclamationes solitas expleantur; & ita demum pacem sibi inuicem dabunt. Et postquam dederit Episcopus presbyteris osculum pacis, tunc laici sibi tribuent; & ita sancta celebrabitur oblatio. Solis autem ministerio sacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem liceat.

XX.

Dist. 91.
Nō oport.
Et in Con-
cil. Aga-
then. c. 66.

Quod non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autem & diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id est, a subdiaconis & omnibus clericis.

XXI.

Dist. 23.
Nō oport.
Et in Con-
cil. Aga-
then. c. 66.

Quod non oporteat subdiaconos habere locum in diaconico, & Dominica vasa contingere.

XXII.

Dist. 23.
Ministrum
non oport.
Ibid.

Quod non oporteat subdiaconum vti orario, nec ostia derelinquere.

XXIII.

Dist. 44.
Non oportet
cleric.

Quod non oporteat lectores aut cantores orariis vti, & ita legere, vel psallere.

XXIV.

Quod non oporteat sacro ministerio deditos, a presbyteris vsque ad diaconos, & reliquum